

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Collectanea Wirtembergensia, lat.-dt. - Cod. Günterthal 11**

**Rüttel, Andreas  
Rüttel, Andreas**

**[Stuttgart u.a.], [1550-1575]**

Urkunde: Fundatio monasterii Alpirspacensis

[urn:nbn:de:bsz:31-162504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-162504)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris seculi  
 Christianis. Quod ego Rütmannus de Hüsm et Adelbertus  
 de Zohro et Comes Aluincus de Sulzo nos tres divina re,  
 tributionis ardore fecerunt diligenter pertractando quia,  
 sumimus cum consilio Venerabilis Gebhardi Constantiensis  
 Ecclesie Episcopi, qui tunc erat Legatus Apostolici et religio,  
 si Utomis Cellae S. Blasij Abbatis nec non aliorum clerico,  
 rum atq; Monachorum Laicorumq; quos potuimus ad,  
 uocare: qualiter in prechio nostro Alpierspach dicto,  
 quod iure hereditario ad nos usq; peruenit Cenobium  
 monachorum posset institui ut hi qui ibi essent aggre,  
 gandi sine perturbatione Deo preualerent familiariter.  
 Quod cum diu pertractarem visum nobis est hoc bonum  
 esse ut prechium prescriptum et ei circumpositam sylvam  
 cum terminis suis nec non et alia prechia et mancipia  
 nostra ad opus tam religiosum decreta cuiusdam libero  
 homini nomine Berntardo de Ulgrim ut consuetudo est  
 traderemus, ea conditione, quatenus ipse eadem Deo et S.  
 Benedicto omnino in proprietatem traderet Abbat ibidem  
 constituendo et Monachis fratribusq; sibi obedientibus  
 libere seruitura. Propter hoc autem ut eiusdem loci ha,  
 bitatores quieti semper manerent et ipse locus auctoritate  
 Romani Pontificis omnimodo liber constaret, decretum  
 est pro obedientia subiectionis unum aureum nummum  
 annue dari in palatio Lateranen. ad pedes Apostol. Abbas  
 ibi constituendus cum Monachis fratribusq; sibi obedien,  
 tibus liberam semper haberent potestatem gubernandi et

disponendi res illuc pertinentes. Haberent etiam liberam potesta-  
 tem sibi Advocatum eligendi et constituendi quemcumque vel-  
 lent et eundem mutandi si eis ita placuisset. His ita diligen-  
 ter pertractatis venit Episcopus Constantiensis legatus  
 Apostolicus nostra iocacione ad locum praenominatum  
 ut ibi consecraret iam preparatum Oratorium Anno  
 Dominicae Incarnationis .M. XCV. Indit. III. XVIII.  
 Kal. Febr. Venit etiam homo ille Berntardus nomine  
 cui praedia et mancipia nostra tradidimus. Venerunt  
 quoque Alij multi Nobiles et Ignobiles, in quorum omnium  
 conspectu saepe dictum Berntardum petivimus ut  
 praedia et mancipia a nobis sibi tradita Deo et S. Bene-  
 dicto solenni traditione omnino in proprietatem con-  
 traderet ea conditione qua nos sibi ea tradidimus quam  
 petitionem ille devote suscipiens accessit ad Reliquias  
 Sanctorum et in praesentia Episcopi omniumque qui illuc  
 conuenerant imprimis super illas ipsum locum qui  
 Alpisbach dicebatur et ei circumiacentem Sylvanum cum  
 terminis suis. Deinde alia praedia et mancipia con-  
 stituta in his iillis. Dorinheim Homessigim, Hebindorf  
 Garta, Hasela Nerimain Norwilo omnino in proprie-  
 tatem tradidit Deo et S. Benedicto absque omni contradic-  
 tione et repetitione, talem traditionem libertatis eidem loco  
 faciens ut Abbas ibi constituendus et Monachi fratresque  
 illic aggregandi semper haberent liberam potestatem  
 gubernandi et disponendi res tunc eidem loco traditas  
 et postea tradendas prout iure iudicarent. Haberent et

liberam potestatem eligendi sibi Advocatum quemcumque  
 voluissent et eundem mutandi si eis ita placuisset. Et hæc  
 omnia ut semper rata constarent statutum quoque est vni  
 Anonim nimmum dari in palatio Lateranen pro obedi-  
 tia subiectionis ut Abbas cum Advocato suo fratribusque  
 suis Apostolicam defensionem vel eius sententiam  
 fiducialiter requirant contra eos qui loci libertatem aliqua  
 violentia turbare persisterint. Post hæc consecratum est  
 Oratorium in eodem loco preparatum a venerabili  
 Gebhardo Episcopo Constantien; Apostolico legato in Homine  
 Sanctæ et indivisib; Trinitatis, in honore Victoriosissime  
 S. Crucis, S. Mariæ matris Domini, S. Benedicti et  
 Omnium Sanctorum. Omnia vero præscripta per eum  
 Apostolica auctoritate sunt roborata: et non tantum eo die  
 et illo in tempore sed etiam post aliquot annos quando  
 iterum ad eundem locum vocatus dedicavit ibi Eccl-  
 siam Anno Dñice Incarnationis M<sup>o</sup> XC VIII. Indit.  
 VI. V. Kalen. Septemb. die Dominica. Tunc inquam,  
 præsentibus ipsius loci fundatoribus multaq; Populorum  
 turba astante iterum diligenter recensita sunt omnia quæ  
 ad stabilitatem et libertatem loci pertinent et ad requiem  
 securitatis eorum qui ibi sunt deo Sanctoq; Benedicto  
 servituri, quæ iterum dominus Gebhardus Constantien.  
 Episcopus tunc quoque vicem Apostolicam tenens amore  
 Sanctissimi Patris Benedicti apostolica auctoritate deuo,  
 tissimè roboravit, donec ipsius cenobij-fratres Romam  
 mittere possent ab ipso Papa sine securitatis et libertatis

privilegium suscipere. Huius autem Testamenti doctor  
 extitit Benno de Speirhingen non semel sed bis. Primo  
 sicut dictum est in ipso loco quando ibi consecratum est  
 predictum Oratorium. Secundo apud villam quae  
 ROTWILLO dicitur coram viro Bertholpho alipsq  
 Regni proceribus quam pluribus et populo multo ubi  
 Dominus Adelbertus de Roho Seculi actibus renuncia-  
 turus praeter illa praedia quae antea dedit iterum Deo  
 et Sancto Benedicto omnino in proprietatem tradidit  
 quicquid in his villis habuit Vgzin, Geroldisroff Sulzo  
 exceptis his quae servientes sui videlicet Reinheim Ru-  
 dolphus Rembotho ibidem proprio iure possederant.  
 Quorundam vero nomina qui hoc viderunt et audi-  
 verunt pro testimonio subnectimus Comes Althicus  
 Comes Gotfridus Comes Fridericus Comes Manegol-  
 dus Comes Gerunc Comes Zeizoff, Henricus Heber-  
 hardus Hermannus fratres de Dietfurt Bertholdus  
 de Honbirc Tietelmus de Tockimbirc Chano de Sulzo  
 Landolfus de Winzilin Waltherus de Heimbach  
 Gerboldus et Wernherus fratres de Angia Eberardus  
 de Sedorff. Hilteboldus de Tannecho Egelolfus et  
 Bernardus fratres de Flurin Luitfridus de Bochim-  
 gen Wernherus et Manegoldus fratres de Gimbirn  
 Egelolfus et Luf. fratres de Talehsin Sclabicus  
 et Rudolfus fratres de Wizeheim Benno Adelbertus  
 Perikerus fratres de Speirhingen, Bertholdus et  
 Cunradus fratres de Gisingin, Fridericus de Wohlen

Contramnis de Egesseige. His uero presentibus confirmati  
est de adiacente Sylua quae his terminis est inclusa Heim-  
bache de Heimbache usq; in Snetbache Inde per ascen-  
sum ipsius Walsbache usq; in Snetbache per descensum uero  
Snetbache usq; in Rodenbache. Inde per descensum Roden-  
bache usq; ad Chinzehim inde per descensum Chinzehim  
usq; ad Wayodenstem, inde ad aliam Chinzehim inde  
ad Brunnwichechen, inde per ascensum usq; ad vrs-  
brinc inde usq; ad Snetleif quia tenditur ad Wolnabe  
de Buchbache uero qui ad Ellenbogum influit usq; ad  
supremum Henenstbache inde usq; ad Stehendenbere  
protenditur inde usq; ad Snetleif quae fluit ad Wolnabe.

Faint, illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or German, covering the upper portion of the page.

Handwritten mark or number, possibly 'LXX', located on the left edge of the page.

